



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita B. P. Ignatii Qui Religionem Clericorum Societatis lesv instituit

Ribadeneyra, Pedro de

Ipris Flandrorum, 1612

22. Admirabilis Societatis lesv ortus, gressusque expenditur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45048

simul febris remittit, inflatio detumescit, surgit, ambulat, cibum sumit. Eodem die ad templum, Deo Beatoque Ignatio gratias actura se cōfert, cuius natali die quindecim post dies occurrente, S. VVinoci-bergas ad templum Societatis voti rea contendit. Et hucusque perseuerat incolumis. Res gesta mandato Reuerendissimi D. Iacobi Blasæi Audomarensis Episcopi examinata multorumque idoneorum testium ac trium inprimis medicorum iuratis testimoniis confirmata, deinceps ad diuini nominis gloriam seruique eius Ignatij omnium ore celebratur.

CAPVT XXII.

Admirabilis Societatis IESV ortus, progressusque expenditur.

SEd quamuis multa certaue sint ea Smiracula quæ diximus, multoque plura breuitatis causa reliquimus: omnium tamen meo quidem iudicio maximum est illud, cum Deus hunc B. Patrem delegit ad constituendum gubernandumque, & propagandum
eum

eum ordinē, qui toto orbe cūm apud Catholicos, tum apud hæreticos, ac barbaras gentes, tātum boni in Christianam remp. inuexit. Hoc adeò magnum euidensque miraculum est, vt tametsi nullum aliud haberemus, illud satis esse deberet cognoscendæ quam Deus B. impertiuuit Ignatio sanctitati. Cūm enim res magnas alicui mandat, satis constat eum necessarias quoque illi vires spiritumque suggerere, quibus feliciter eas ad finem exitumque perducatur. Idem credo iudicabunt omnes sapientes & animi perturbatione vacui, si considerarint quantum mutarit mētem Ignatij, cūm eum ab humana & licentiori militia, ad cęlestem ac diuinam traduxit, totque ac tam illustrium liberorum parentem effecit: si asperitatem viarum quibus eum duxit, perseuerantiam & victoriam quæ ad eum venit, si socios Hispanos Gallosque quos Lutetia difficillimis temporibus coëgit, quibus Hispania Galliaque bello flagrabat, atque eos inter se summo caritatis nexu coniunxit: si ventos ac tempesta-

tes

tes quibus iactata fuit ea nauicula iam ex eo tempore quo Deus eam mari commisit, semperque contra vim ventorum feliciter portum tenuit, cum humano more prudentes eam perituras existimarent: si quam animo illius impressit ideam constituendi huius ordinis, qui quidem par est reliquis, si naturam Religionis attendas, dispar autem quibusdam rebus quæ sunt eius propriæ. si progressum & propagationem eius quem annis sexaginta (tot enim sunt ab anno confirmationis eius vsque ad annum 1710. c. x. quo hanc historiam scribimus) Deus omnibus regnis orbis Christiani, tot ac tam remotis regionibus Indorum & barbarorum dilatauit, quo lux Euangelij nondum sese diffuderat. Nostræ siquidem Societatis homines ad Angolam, Manicongonem, Monomotapam, Brasiliam, Æthiopiã, Oromusium, Goam, Malacam, Molucas, Chinam, Iaponem, regnum Mogor & Peguanum aliaque penetrarunt. Etenim terram continentem regni Peruan, Nouam Hispaniam, insulas

sulas Malilam & Philippinas, vt res
notissimas tacitus prætereo. Atque ipsa
Societas trecenta eoque amplius
collegia domosque numerat in vigin-
ti tres prouincias ac duas viceprouin-
cias diuisa. Idem sentiet quisquis ocu-
los in id quod maioris est momenti
coniecerit, in fructum, inquam, quem
Deus ex huius B. Patris filiorumque
laboribus siue cum Catholicis, siue
cum infidelibus agendo colligit. Et
inter Catholicos quidem quantum
profecerint, dicere supersedeo, sed
quisque intueri potest, cum pateat
omnibus & veluti manu tangamus,
quanto studio fidei Christianæ myste-
riis puerorum animos, litteris & bo-
nis moribus iuuetutem erudiant, vin-
ctos & grotosque visitent & consolentur,
hospitales pauperum domos ob-
eant, inopum egestatem subsidio le-
uent, animas hominum Deo comen-
dent, morientes adiuuent. Neque ne-
gandum est Rempublicam Christia-
nam, tametsi multum defecit, multum
tamé instaurari vtilioribus & frequen-
tioribus concionibus, oratione & me-
dita.

ditatione diuinorum mysteriorum,
 crebriore sacramentorum vsu Con-
 fessionis & Eucharistiæ, grauioribus
 laboribus pœnitentiæ, qui vtilissimè
 suscipiuntur ab hominibus Dei aman-
 tibus, quamuis illa ipsa quæ fiunt præ
 iis quæ fieri debent, exigua iure meri-
 toque videantur. Aliæ Religiosorum
 familiæ discipulis Societatis imple-
 tur, qui & in iis perseuerât ac laudabi-
 liter vitam traducunt. Eædem nostro-
 rum ope corroboratæ, exemplis adiu-
 tæ, maius studium virtutis præ se tuler-
 runt, maioremque sanctitatis & do-
 ctrinæ lucem diffuderunt, Rempubli-
 cam suis humeris sustentarunt, nosque
 ad acriores labores atque ad peargen-
 da maiori cura & sollicitudine nostra
 munia excitarunt. Fructus quem gen-
 tes veritatis luce nondum imbutæ re-
 ceperunt tantus est, vt paucis explica-
 ri non possit. Nec tamen est huius in-
 stituti longam orationem texere ad
 commemorandos barbaros multitu-
 dine innumerabiles, locis infinitos,
 qui per Societatis homines ad fidei
 splendorem & cognitionem Christi
 vene-

ven
 gis
 eru
 in d
 gni
 De
 pat
 inf
 De
 gio
 pet
 bus
 cre
 fru
 gn
 De
 tra
 tat
 Ve
 de
 m
 no
 et
 pr
 di
 ag
 ca

venerunt, humerosque suavissimo legis illius iugo submiserunt: labores & ærumnas quas ob id pertulerunt atque in dies perferunt: multitudinem magnitudinemque miraculorum, quæ Deus ut in iis locis necessaria, per eos patrat, ad fidem barbarorum animis inferendam. Sed utilitatem quam idem Deus eduxit educitque in dies in regionibus hæreseos labe infectis è perpetuis disceptationibus & certaminibus nostrorum cum hæreticis, nemo credet eorum (nisi viderit) qui pace fruuntur & otio quo nos in hisce regionibus quietis & pacatis nati fruimur. Deo tribuenda laus qui nobis eam tranquillitatem peperit, simulque pietati Regum qui nobis eam cõservant. Verùm testificantur homines qui ibidem versati sunt, nosque verum scimus esse qui vidimus, vitæ probitate nostrorum, Catholica solidaque doctrina in scholis explicata, in templis pronunciata, libris editis diuulgata, disputationibus cum iisdem hæreticis agitata & ab errorum maculis vindicata, institutione iuventutis (nam superio-

perioribus annis recensebantur plus triginta millia discipulorum, & iam plura numerabuntur) Catholica fides quæ in Septentrione euersa & conculcata videbatur, erecta est caputque extulit, satisque roboris adepta ad conuincendum & opprimendum mendacium, deinde verò innumerabiles qui fide dubij nutabant, sub obedientia Romanæ ecclesiæ perseuerare statuerunt, hæretici complures qui ab ea defecerant, postliminio redierunt. Verum qui obfirmato sunt animo, specie utilitatis & ambitione cæcati, posuerunt audaciam, reuerentur quos Iesuitas appellant, suosque capitales hostes esse apertè confitentur, atque vitales oderunt, calumniis onerant, insectantur.

Multa præterea collegia, seminariaque sunt instituta, ad alendos & erudiendos pauperes adolescentes, ac præsertim ob fidem exules. Ecclesiastici multi religiosique è quouis ordine sese in disciplinam Societatis tradiderunt, qui perfecto absolutoque studiorum curriculo suas ad ecclesias
& cœ.

& c
seru
virt
Hor
è sc
fam
orde
disc
runt
per
Rel
ope
vsu
poe
den
Ca
que
gra
sang
re r
de,
effe
pra
mi
In
sex
Hi

& cœnobia redeuntes, ceteros ad obseruationem legum reuocant, & ad virtutē excitant probitatis exemplo. Horum operâ numeroque eorum qui è scholis Societatis ad religiosorum familias se contulerunt, ecclesiasticus ordo ac cœnobia, veterem morum disciplinam multis in locis restituerunt, pristinumque splendorem recuperarunt. Pagi, vici, oppida, prouincię Religionem Catholicam retinuerunt, operâque Sodalitatum, concionibus, vsu sacramentorum, ieiuniis, studio poenitentię, officiis misericordię fidem excitarunt, seque filios ecclesię Catholicę re ipsa comprobarunt. Vtque fructus hic diuturnior & Deo gratior existat, Ignatij filij hanc suo sanguine plantam cum opus est irrigare non dubitant moriunturque pro fide, pretio quod pro ea persoluunt eam esse verissimam obsignantes. Nam præter viginti quinque Societatis homines qui pro euangelij veritate apud Indos sanguinem profuderunt, alij sexaginta ab hæreticis interfecti sunt. Hi enim qua sunt odij acerbitate in
huius

huius ordinis homines, existimantes
 iis sublatis se posse facilius animis im-
 peritorum suos errores inferere, eos
 vexare, atque ut proditores omni ge-
 nere crudelitatis excruciatos necare
 non cessant, quod Angliæ consiliarij
 ministrique vsque hodie factitant. Id
 non leue scilicet argumentum est hoc
 opus à Deo profectum, eumque qui
 illud inchoavit à Deo potissimum
 fuisse delectum, ad amplificandam
 suis filiorumque laboribus eiusdem
 Dei gloriam, & ecclesiam illustrandã.

Atque istud, ut dixi, maximum est
 è miraculis B. Patris & miraculum
 miraculorum, quod tot ac tam eximia
 miracula continet, quot res à Deo per
 B. Patrem eiusque filios effectæ sunt
 omni admiratione dignissimæ. Ei tri-
 buatur gloria ut omnium bonorum
 auctori, quãdoquidem, ut docet Apo-
 stolus, Neque qui plantat est aliquid,
 neque qui rigat, sed qui incrementum
 dat Deus, cui tanquam radici omnis
 arboris pulcritudo fructusque accep-
 ta referri debent.

CA-